



Quaestiones juridicae

<https://hdl.handle.net/1874/325362>

QUAESTIONES JURIDICAE.

SIMONIS RUMPHII DE MARE AND
JACOBUS VON HORN'S

REPLIES TO THE QUESTIONS OF

THE FRENCH JURISTS,

AND THE REBUTTALS OF THE

DEFENSIVE ANSWERS OF THE SAME.

WITH A CLOTH-COVERED JURIDICAL DISCUSSION.

BY DR. G. W. DUDLEY.

QUAESTIONES JURIDICAE.

LA LIBERTÉ DE LA PRESSE

PAR M. J. L. VILLEMIN

ASSOCIATION FRANÇAISE POUR LA LIBERTÉ DE LA PRESSE

PARIS, 1871.

LIBRAIRIE AD REINHOLD
LEIPZIG ET FILS, 1871.

QUAESTIONES JURIDICAE,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS KARSTEN,

PHIL. THEOR. MAG. ET LIT. HUM. DOCT.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO - TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JUSTUS DE BEIJER,

NEOMAGENSIS.

A. D. IV M. JULII A. MDCCCXLVI, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM

APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCCXLVI.

QUAESTIO I.

De Concursu actionum poenaliū ad Savigny, System des heutigen Röm. Rechts V. § 234. pag. 241.

Clar. Savigny probare studet, Ulpianum cumulativum concursum (sive ut Savigny dicit: nullum concursum) actionum, quibus ex delicto poena persequitur, admissis, et hanc doctrinam in Digestis praeferri Pauli sententiae, qui unice concursum in amplius probat.

In L. 60 de O et A (44.7): «nunquam actiones poenales *de eadem pecunia* concurrentes alia aliam consumit” Ulpianus nil contra Pauli sententiam adferre videtur, verba enim «*de eadem pecunia*” originem debiti idemque factum significare possunt; nec est verosimile eandem quantitatem pecuniae indicari; et regula praeterea nimis generalis proposita est, ut rariorem spectaret casum, quod ex diversis delictis aequalis oriatur poena. Eadem ratione ipse Savigny L. 130 de R. J. verba interpretatur, «*de eadem re*” concur-

rentes, indicant originem ac si dixisset «de eodem facto», ipsum actionis objectum illie indicari nequit, cum in obligatione duorum reorum stipulandi, electione jam obtineat consumtio. Quod autem noster locus in Institutionibus inveniatur, (Inst. IV. 9 si quadrupes) nil probat, nam de concursu, ratione habita poenarum, nihil statutum est, et si ex hoc fragmento conclusionem facere licet a dicto ad non dicta, tunc idem valet de actione rei persecutoria quam poenali.

Ipsa autem fragmenta, in quibus Ulpiani sententia occurrit, non apta mihi videntur ut ad certum nos perducant finem.

A. In L. 15 § 46 D. de Injuriis (47.10) minime explicatur quomodo actio Injuriarum cum actione ex L. Aquilia institui debeat, nec est certum Ulpianum hic a Paulo dissentire, Paulus enim in L 34 pr. de O. et A. utramque admittit actionem sane alteram in amplius.

B. L. 25 de Injur. nil continet quo plena vis cumulativi concursus probetur; ancilla stuprum si passa est, injuriarum actione agendum erit, si eam celavit aut aliud quid furandi animo fecit, furti actione etiam tenetur; hic enim sunt diversa facta subsequentia «illud celare furtumque facere» nequidem eodem temporis momento fit.

Igitur nihil ad rem facit «vel si virginem immaturam stupraverit etiam L. Aquiliae

actionem competere quidam putant," nec his verbis aliquid pro concursu cumulativo pleniori effici potest, Ulpianus enim suam non refert sententiam, sed tantum alienam, quam probare non videtur, nam de prioribus duobus casibus *positive* potius locutus est »*dabitur;*» et licet sua sit sententia, tamen unice id existimasse videtur, si *immatura virgo* stuprum passa sit, quo casu, ex L. Aquila, actio, facile amplius quid continere potest, quam Injuriarum; verum si ancilla matura est, L. Aquiliae nullam facit mentionem, quia eo casu vel amplius aliquid inveniri vel damnum (corpoere corpori) *injuria* datum, cogitari nequit.

C. Actionem furti cumulative cum actione vi bonorum raptorum institui posse, in L. 2. § 10 D. vi bon. rapt. (47.8) Ulpianus potius negat quam adfirmat. « Ceterum neque furti actio neque L. Aquiliae contributae sunt hoc edicto,» quod difficile cum clarissimo Savigny interpretari licet « das heisst ihre Strafen gelten noch ausser der durch dieses Edict bestimmten Strafen» nam in ipsa § adjecit Ulpianus «licet interdum communes sint cum hoc edicto;» de eo autem, quod *semper* obtinet dici nequit *interdum.* Id enim negamus, concurrere; verum an plene. Concurrunt sane, ut utriusque locus esse possit: enim vero non ita ut utraque actio plene cumulateque exerceatur, sed ut altera quod amplius sit, id con-

sequaris. Ideoque elegantur negat *contribui*, quod verbum maxime confusionem rerum significat, quarum quantitates conjunguntur, ut in L. 27. §. 1. D. *de adq. rer. dom.* Minus verosimile est, concursum cumulativum actionis furti et vi bonorum raptorum admittere, i. e. poenam sextupli vel octupli statuere; potest omnino furtum sine vi esse, nunquam vero rapina sine furto; hic differentiam inter diversa delicta ex eodem facto et delictum qualificatum s. casum in quo idem delictum diverso modo seu charactere designari potest, omittit. Verba Institutionum pr. de vi bon. rapt. (4.2) «ridiculum est enim levioris conditionis esse eum, qui vi rapit quam qui clam amovet” probant hic omnino concursum cumulativum statui non posse, nam si poena furti et vi bonorum raptorum plene cumulatur nihil ridiculum adest, licet poena sit simpliciter. Gajus certe monere non omississet, dicens «nonnullos existimare condictionem furtivam obtinere praeter actionem vi bonorum raptorum” idem de poena furti manifesti docei.

D. L. 14. § 1. D. §. de Praeser. Verb. (19.5)
 Si quis joci causa servi vestimenta abstulerit et servus frigore sit mortuus, actio furti, vestimentorum nomine, locum habere nequit, omnino quidem actio in factum ex L. Aquilia; plane diversa igitur sunt facta 1º vestimentorum furtum. 2º quod culpa sua servum fri-

gori exposuit, quod cum furto et rapina comparari non potest; vestimenta enim retinendo, culpam in faciendo committit.

E. L. 11. § 2. Dig de Serv. corrupt. (11. 3). Quod hic actio furti et servi corrupti cumulantur, in ipsa L. explicatur «sunt enim diversa maleficia furis;” quod servum persuaserit ad furtum faciendum, et quod furtum secutum sit; nam ut Savigny explicat, si non domino sed extraneo furto aliquid ablatum est, sine dubio utraque actio obtinet, (adest enim concursus materialis, non vero intellectualis). Altera insuper actio in *amplius* institui potest, nam verba *non minuit* acque bene significare possunt *non tollit*¹⁾.

Si vero Ulpiani fragmenta concursum cumulativum pleniorum non satis probant, quod disquisitione nostra de nonstrare sumus conati, certe Hermogeniani fragmentum in censem venire nequit, ad totam quaestionem dirimendam. Nam L. 32. D. de O, et A. bene intelligi potest de concursu in *amplius*; saltem exemplum arborum furtim caesarum, non probat hic unice concursum cumulativum intelligi plenum. Conf. Paulus in L. 1. D. Arb. furtim caes. (47. 7). In L. 53 pr.

¹⁾ Ut e. g. in capitulis deminutione, ubi minutio vim habet τοῦ tollere, praesertim in capitulis deminutione maxima.

D. de O et. A., ubi Modestinus dicit «plura delicta in una re plures admittunt actiones, sed non posse omnibus uti *probatum est*» ante omnia verba *probatum est* maximi sunt momenti; nam Modestinus id dicit, quasi de sententia *recepta*, minimeque hoc intelligi potest de concursu electivo, saltem si memorares sumus Modestinum Ulpiani *studiosum* vocari, quo nomine aut auditor seu discipulus, aut adsessor, significatur: huius igitur, et item Pauli, aequalis fuit; Modestinoque respondente discordia jam composita finitaque erat. Quemadmodum igitur Modestini testimonium paulo plenius accipiendum est, sic premendus est Hermogenianus: ut 1^o. *omnibus experire* intelligas experire quidem, at non in solidum; 2^o. *post magnas varietates obtinuit*, non secutas post Modestinum, sed ante quam hic librum suum *Regularum* scriberet, de quibus Paulus refert in L. 34. quae sane fuerunt haud paucae.

Quodsi quaerat aliquis, annon Justiniano Hermogeniani sententia, ut novissimum jus continens, praeplacuisse dicenda sit, ideoque hodie sequenda: si non discedit Hermogenianus a superioribus, ut putamus, id non attinet quaerere; at si discedit, Pauli tamen vestigio sequentis contraria disputationem, aliaque contraria loca, quae pleraque sunt enucleatoria, vincere non potest. Quam ob rem concludimus disputationem illam nobis

esse oportere verum jus Justinianeum, vere-
que dici posse, quod vulgo dicitur hodie:
major poena absorbet minorem.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

QUAESTIO II.

*Quaedam ad L. 4. § 21. D. de Usuc. et
Usurp. (41. 3).*

«Si rem pignori datam debitor surripuerit et vendiderit, usucapi eam posse Cassius scribit, quia in potestatem domini videtur pervenisse, qui pignori dedit, quamvis cum eo furti agi potest, quod puto rectius dici.”

Hic locus comparatus cum L. 49. D. eod, haud parvam parit difficultatem; in priori dicitur «si debitor rem pignori datam creditori aufert, vitiosam illam non fieri, reversa quod jam sit in domini potestatem vitioque ideo purgato. In altera vero docetur reverti eam debere ad creditorem, cui furtum factum est.

Omnes conciliaciones referre hujus quaestionis non est propositum, sed potius non nullas earum ad examen revocare velim.

Voetius in nostra Lege collata L. 5. D. pro emt. (41. 4) putat, rem oppignoratam esse a bonae fidei possessore, qui domini loco est, quique re pignori data, civilem nos-

sessionem non amiserat, sed retinuerat, pro
 inde *i huius possessionis furtum facere non*
 poterat. *Quae perplexa ac male subtilis*
disputatio ideo improbanda videtur, quod
^{10.} *furtum tamen possessionis sit; ut ex*
multis testimoniis pervagatum est. ^{20.} *Hoc*
furtum possessionis sufficit, ut res sit furti-
va, eaque usucapi non possit, per L. 20. §.
 1. D. de furtis, quae dicit: «usucapio quasi
«rei furtivae non impedietur, quoniam et
«si alius subripiat, et in meam potestatem
*«reversa res fuerit, usucapiebatur»: si re-
 versa non fuerit, usucapio non sequitur; ad
 quem autem debeat reverti, quaestio est,
 quam consideramus. Eadem L. 20. dieit de
 domino, qui, usufructuario rem furto abstul-
 lit et tamen ex eadem ratione, quod ad do-
 minum revertitur, quae in nostra L. propo-
 nitur, rem furtivam manere negat Paulus;
 quanquam usufructarius ex jure civili jus
 habet in re, creditor tantum quasi jus in re
 ex jure praetorio. Ad quaestionem dirimen-
 dam nil igitur facit an creditor in re oppig-
 norata illud quasi jus in re habeat, nec ne.
 L. 66. D. de furtis, (qua Cujac. utebatur)
 minime probat rem creditor traditam et sur-
 reptam denuo furtivam fieri, si eam debitor
 vendiderit. In illa enim L. 66 quaestio est
 de casu, quo res apud debitorem manserit,
 et verosimile scripsit Paulus «sive eam man-
 cipaverat creditor vel speciali pactione etc.*

Post mancipationem solebat res in possessione debitoris mancere, qui tunc minime auferendo rem creditor, sed vendendo, furtum fecit. Exempla quod compilatores pro mancipaverant posuerint, tradiderant Vaticana fragmenta indicare possunt. Conf. L. 3 § 1. D, de Usufr accresc. (7. 2) cum Vat. Fr. 80: «si duo fundi domini deducto usufructu «proprietatem mancipaverint.”

Hac conciliatione repudiata, alteram apud Mühlenbruchium, *Doctr. Pand.*, Vol. II. § 261. not. 14 laudatam, tractare debemus. In L. 49. D. h. t. sermo est de pignore creditori mancipato, res furto reversa non est in potestatem domini, reverti igitur debet ad ipsum creditorem. Huic interpretationi obstat, quod tune Pauli *imo forsitan et contra* non bene scese habeat; his verbis enim indicare velle videtur «non debet semper res ad dominum reverti, et subjicit casum, ubi tam
men revera ad dominum debeat redire. Hac conciliatio autem defendi posse mihi videtur; quamvis stricto jure creditor ex mancipatione pignoris sit dominus, ex usu loquendi nihilominus debitorem, pignoris dominum dicere solebant.

Paulus itaque brevissime dicit, non semper debet ad eum redire qui ex communione opinione dominus haberi solet, sed ad eum quem dominum non existimant, ad creditorem nempe, cui mancipatione pignus traditum est.

Nulla antem est difficultas quare in L. 4.
 § 21. h. t., ubi ipse dominus rem vendidit
 usucapione opus foret, in jure classico etenim
 saepe usucapio obtinet, licet res a vero do-
 mino sit acquisita, nempe si res mancipi est
 tradita, sed non mancipata; deinde illie non
 dicitur illum, qui rem a debitore emerit usu-
 capere posse, sed generaliter, «res usucapi po-
 test.” Si emtor igitur rem amisisset, bonae fidei
 possessor usucapere posset, nec obstat quondam
 hujus rei sartum factum fuisse, vitio purgato.

Haec explicatio nimis levis fortasse si vi-
 deatur, alteram proponere studebo. Paulus
 hic minime suam exponit sententiam, sed potius
 dicit: «ex opinione Labeonis illa re-
 gula ita proponi nequit,” verosimile enim
 Proculus sectator Labeonis, sententiae Cassii
 in nostra lege relatae, de qua Paulus dicit
 «quod puto rectius dici” addictus non fuit,
 et forsitan ille dissensus jam Labeonis tempore
 aderat. Paulus igitur in L. 49 dicit «ex Pro-
 culianorum et Labeonis sententia (qui non
 existimant, quando debitor pignus creditoris
 surripuit, vitium eo purgatum esse, quod do-
 minus rem habeat, sed exigunt eam in pote-
 statem *creditoris* reverti debere) tam genera-
 liter dici nequit: «si quid surreptum est, id
 usucapi non potest, antequam in *domini* po-
 testatem pervenerit.”

Unterholzner explicat in L. 49 h. t. res a
 non domino erat pignori data, eo igitur, quod

a debitore ferto ablata est dici nequit, rem in potestatem domini reversam et ita vitio purgatam esse. Sed nulla inveniri potest ratio, cur ad creditorem et non ad ipsum dominum reverti debeat, nam si bonae fidei possessori furtum factum est, res non debet ad eum, sed ad dominum redire, uti dicitur L. 20. § 1. D. de furtis, nec totum pignoris vinculum hic unice debitorem et creditorem, non autem tertios spectare, dici potest.

L. 6. Cod. de Usuc. pro emt. ideo non obstat, quia intelligi potest de eo, quod res manerit apud debitorem, qui eam alienando furtum facit. Hie igitur in domini potestatem reversa non est, ita ut purgata haberi possit, nam furtiva demum sit ex potestate excedens, et usucapi nequit, antequam ad debitorem sit redita, uti explicavimus L. 66. D. de furtis. Quis quaerere possit, quare non eadem ratione res fiat furtiva, si pignus, creditori ablatum, vendiderit, quam si nunquam creditori tradiderit. Responsio verum in promtu est, si pignus in possessione debitoris manet, creditor ejus fidem secutus est, et tueri debet contra fraudem debitoris, qui alienando, pignus inane reddere potest; statuebant igitur in alienatione furtum inesse; res autem si creditor est tradita, hac tuitione opus non est; et cogitare non poterant, quomodo necesse foret statuere, alienationem a debitore factam, furtum continere.

III. OUTLINE

QUAESTIO III.

Apud Cons. Diephuis in Commentario suo ad Cod. Civ. nostrum vol. II. pag. 34. proponitur quaestio, si conjux legitimam divor-
tii causam in judicio confessus est, an tunc
talis causa satis sit probata, ita ut' divortium
pronuntiari possit, confessionemque pro plena
probatione valere negat auctor. Hac scilicet
ratione argumentatur: Divortium mutuo con-
sensu numquam locum habere potest (art.
263 C. C.), si vero causae probationem admit-
timus nuda confessione, perfacile eludetur
legis prohibitio, et ansa praebebitur conju-
gum collusioni, ut ita mutuo consensu ad
divortium perveniant. Itaque auctor ille non
agnoscit argumentum a contrario ex Art. 810
Cod. de Meth. Proc. Civ. sc¹): « mariti con-
fessio ad bonorum separationem impetrandum

¹⁾ Art. 810 cod. de Meth. Proced. « De enkele bekentenis van den man geldt niet als bewijs, al ware het ook dat er geene schuldeisschers mogten zijn. »

non valet, in divortio autem hoc expressis verbis non requiritur, igitur in causa divortii conjugis confessio tanquam probatio admitti debet." Silentium legis huic argumento a contrario ansam praebere, adeoque suae sententiae obstare, negat, quod primo probare studet argumento analogico, quippe prohibitionem dicti Art. 810 fundamentum habere dicit in prohibitione separationis bonorum mutuo consensu, unde videtur ita concludi velle: divortium mutuo consensu prohibitum est, ergo sola confessio non sufficit ad probationem. Subinde ita pergit: quamvis hoc argumentum analogicum ex dicto Art 810 deesset, tamen ipsa juris ratio nostram sententiam confirmaret, quia, si confessio conjugis citati, probationem contineret, ipsa illa divortii mutuo consensu prohibitio facillime cludi posset, qui metus cessat quam primum ad confessionem alia adjuncta accedant. Causam divortii et separationis bonorum verum parem esse agnoscere non possum. Collusio enim conjugum magis timenda videtur, si de separatione bonorum agitur, quam si de divortio quaeritur. Facilius e. g. conjuges in bonorum separationem in fraudem creditorum consentient, quam in divortium. Ponamus maritum mole aeris alieni praegravatum, uxorem ejus locupletem exspectare hereditatem, impetrata separatione, communioni renuntiat, hereditate post aliquod tempus ei delata, cum

márito commodis fruetur fraude acquisitis. In tali vel simili casu, multa ad collusionem invitant, nec turpe est maritum confiteri se negligentem esse, minusve aptum bonorum administrationi. Praeceptum igitur art. 810 Cod. de Meth. Proc. Civ. maximaे utilitatis est ad impediendam separationis collusionem. In divortio verum talis collusio timenda non videtur; utriusque conjugis enim non solet interesse matrimonii obtainere dissolutionem, sed alteruter potius eorum eam vehementer exoptat. Causae porro ob quas divortium peti potest non ita sunt leves, ut facile quis eas vel eārum unam confiteri velit, si veritati sint contrariae. Quis enim rogo affirmare volet, se conjugis vitae insidias struxisse, vel tali modo in eum saevisse, ut corporis membrorumve integritas in periculum sit vocata? Nulla est ratio, cur illi qui tale quid confitetur, fides non habeatur, quo gravius enim est factum quod assertur, eo difficilior mendacium praesumi poterit. Statuamus jam Legislatorem revera collusionem metuisse, tunc certe nunquam ob adulterium, praesertim mariti, admitti deberet divortium; practer confessionem enim facile talia fingi possunt, quae adulterium probare videantur, quamvis revera commissum non fuerit, quod in aliis divortii causis, veluti quoad vulnera, certe minus facile locum habere possit.

Ampl. Diephuis eidem sententiae addictus

est ac Curia Zwollana , quae divortium admitti posse dijudicavit , si coniux judicio se non sistit (in geval van verstek).¹⁾ Nulla enim , inquit , exceptio ab art. 76 Cod. de Meth. Proc. Civ. ratione divortii sancita est , ergo eadem regula generalis valere debet . Verumtamen , differentiae rationem intelligere me non posse confiteor ; in eremodicio enim praesumitur confessio , et quare praesumptiae major vis tribuatur quam expressa confessioni non bene liquet « kunnen hierdoor de echtgenooten al ligtelijk zamenspannen , hierin had de wetgever zoo hij dat wilde moeten voorzien . In allen gevalle bestaat er dan niet die blijkbare zamenspanning en onderlinge toestemming , als wanneer de verweerde verschijnt , en zijne eigene schande bekent .” Contraria hujus sententiae opinio magis mihi arridet . Collusio enim conjugum facilius obtinebit tacita in sive *praesumta* confessione , quam in *expressa* ; levius est non respondere , judicio non sistere , quam coram tribunali propriam confiteri turpitudinem .

Nec obstat quod occasione art. 1967 C. C. , quo jusjurandum decisorium vetatur in causis in quibus confessio admitti nequit , « of waarin hare bekentenis niet zoude kunnen worden in aanmerking genomen ” in discep-

¹⁾ Vid Regtsgel. Bijblad VI p. 702.

tatione nonnulli rogarent, quinam essent illi casus, ab Imperio responsum sit, spectari adulterium vel *status controversiam*; ex tali enim responso nil de sententia legislatoris, quod attinet ad quaestionem nostram effici potest, neque valet argumentum a jurisjuri, randi delatione ad confessionem illam, sine accurata disquisitione, quatenus rei conveniret. Nemo certe tenetur in suam turpitudinem jurare, ad evitanda perjuria, verum etiam aliquem propria flagitia confiteri non posse, nullus facile contendit. Si e. g. agitur de damno injuria dato, jusjurandum deferri non poterit, confessum e contra civiliter ad damna resarcienda teneri, nemo negabit.

Ex his igitur concludimus sententiam dicti auctoris non posse admitti, sed e contrario confessionem plenam posse continere probatricem, nisi forte talia accedant, ex quibus illam confessionem veritati adversariam esse, judici persuasum sit.

the most important thing is to have a good
background in the language of the
people you're trying to communicate with.
It's also important to understand the
cultural context of the people you're talking
to, as well as their level of education and
their interests. This will help you to
choose the right words and phrases that
will be most effective in getting your
message across. It's also important to
be patient and listen carefully to what
the other person is saying, as this can help
you to better understand their perspective
and respond more effectively. Finally,
it's important to keep your tone friendly
and positive, as this can help to build
trust and rapport with the other person.
Remember, communication is a two-way
process, so it's important to be open to
feedback and willing to adjust your
approach if necessary.

QUAESTIO IV.

*Argumenta, quibus Appellatio in causis
Criminalibus, nec tantum in Correctoriis
Civilibusque defenditur.*

«De toelating van appellen in correctionele en politie zaken, levert het voor de menschelijheid bedroevende resultaat op, dat, door het in appel te niet doen van vonnissen, ter eerster instantie gewezen, men duidelijk aan den dag legt, dat de eerste regter kan gedwaald hebben, en dat men de herstelling eener mogelijke dwaling toelaat in zaken van geringer aangelegenheid, doch waanneer het leven of dood, wanneer het vrijheid of eer geldt, geen nader onderzoek daaromtrent toelaat.”

v. MAANEN.

Ordinem Judiciorum criminalium in patria nostra, itemque in aliis Europae civitatibus qui paulo accuratius considerat, sponte animadvertiset, magnam ad huc praeberti assam variis difficultissimisque quaestionibus. Una earum, quam leviter tangere mihi proposui, eruditissimis jam sagacissimisque viris magni

fuit visa momenti. Ita Bentham¹⁾, Meijer²⁾, Mittermaier³⁾, Royer Collard⁴⁾, alii, de appellatione optime meriti sunt, et argumenta in utramque partem exposuerunt. Eorum sententias omnes hic referre, mera foret compilatio, et a fine hujus quaestionis alienum. Ea tantum afferre placet, quae cum argumen-to arctius cohaerent, ut inde quid de controversia illa statuendum sit, appareat, Missam quoque facimus rationem historicam; qua, ad illustrandam eandem quaestionem, paucis abhinc diebus egregie usus est in specimine, Leidae defenso, *de Appellandi facultate in causis Criminalibus admittenda*, cons.

F. Hulshoff, (Amstel. 24 Jun. 1846).

Appellationem in foro Judicis Cantonalis, ut in correctorio et civili admitti constat; in criminali vero denegatur. Unde hoc? Argumenta, quibus maxime nituntur appellationis adversarii, ad duo potissimum referri possunt. Primum allegatur magnarum impensarum necessitas, quae ex dupli jurisdictionis gradu cum civitati, tum civibus oriatur. Objiciunt

1) Bentham. *Traité de l'organisation Judiciaire*. tom. V. chap. 26.

2) Proeve over de noodzakelijkhed van eenen provisio-neelen Hoogen Raad.

3) Die Mündlichkeit, das Anklageprincip. etc. Stuttgart 1845.

4) Royer Collard, in praefatione ad opus Cooperi. *Lettres sur la cour de la Chancellerie d'Angleterre*.

porro, relictæ facultate appellandi, nullam sere esse sententiarum Tribunalium sive Curiarum auctoritatem, quæ ut dicunt in prima instantia judicant, easque nec a delinquentibus, nec a quolibet magnopere curari, si ab omni judicio ad superiorem judicem provocatio permittatur. Jam vero quisque videbit, prius argumentum omni carere vi: legislator enim in ordinanda re judiciali, non tam ad rem pecuniariam attendere debet, quam quidem ante oculos habere, salutem civitatis et eorum maxime, qui justitiam invocant, utilitatem. Secundum argumentum, licet majoris videatur ponderis, non ita appellationem infringit, ut plane otiosa dicenda sit. Qui eo utuntur, *juris* quidem quaestionem denuo ventilari concedunt, *facti* vero negant; at minus recte; quia *judex* appellationis non tenetur tantum inquirere, an secundum legis preceptum sit *judicatum*, sed in primis ea quae *reus* gravatus ad causæ defensionem, vel ad infirmandam sententiam afferre potuerit, dijudicare. Multa sane exempla allegari possunt fragilitatis ingenii humani, quae, quantus *judicium* errori locus relictus sit, aperte doceant. Sed et *Jurisdictionis* nostræ ipsa *Institutio*, ut et exiguum *judicium* numerus, itemque probandorum *delictorum* *theoria legalis*, qua utimur, non raro novam et penitiorrem causæ cognitionem flagitare videntur. Quæ secundum leges

nostras patet via Cassationis, est remedium
valde incertum, et appellatio*nis* benefic*io*
aequiparari nequit. Sed non est hujus dis-
quisitionis, ut in thesi generali, quaedam de
appellatione, de ejus sive commodis sive in-
commodis exponamus; hoc affirmare non du-
bitamus, appellatio*nis* lege semel constituta,
omnibus in causis indiscriminatim eam esse
concedendam, nullamque eā esse exemptam.

Ratio, cur hoc non obtineat, in eo est,
quod Legumlatores appellatio*nis* incommoda
perspicentes, in civilibus eam non ad causas
minoris momenti vel minus graves trahere
voluerunt, ad evitandas impensas, temporisque
jacturam.¹⁾

Hanc autem distinctionem non absolute ver-
ram esse, sponte quis videt. Gravitas enim
causarum pro singulari ac diverso litigantium
statu differt. In re civili, lis de re minimi
momenti, summam forte 100 florenorum non
exigit, in determinatum iurouitum iubet*s*urse
ceperit. Iefes Lanson (*Quaestiones*)

¹⁾ Quum multi appellatio*nem* ob litis protractionem re-
jiciendam censeant, contra laudat illam, primarius apud
Gallos judex Curiae Cassationis, Portalis, *Memoires de l'Acad. des sciences morales de France*. Par. 1841, III,
p. 467. «L'appel est une des plus sûres garanties d'une
bonne administration de la justice, parce qu'il ménage l'u-
tile intervention du temps, ce puissant allié de la justice
et de la vérité, qui complète les preuves, dissipe les
préventions et les préjugés, calme les passions, et permet
à l'impartiale raison de recouvrer son empire!» Conf. Mit-
termaier, I. I. p. 415.

excedentis, saepe huic aliive spem fortunae
ausert, pauperemque ad inopiam redigere po-
test, dum e contra dives hujus rei nullam
habet curam. Idem in re criminali valet;
gravior enim vel levior erit injuria illata re-
putanda, pro lacsae personae conditione.

Difficile igitur est causarum gravitatem ita definire et circumscribere, ut clara et perspicua omnibus appareat; quodque ante omnia requiritur est juris aequabilitas, ita ut nulla causa, ratione personarum vel quantitatis sive valoris, quod ad jus consequendi aliis vel praeferatur vel postponatur. Celeberrimo itaque Benthamo adnuere debemus, dicenti: «in omnibus causis admittendam esse appellacionem, donec una ostendatur, quae in errorem ducere judicem, vel praevaricationi locum dare nequeat»^{1).}

Profecto, ut diximus, nec aliorum populo-
rum exempla nec patriae nostrae desunt, plus
semel in detrimentum insontium lapsos fuisse
judices. Celeber Ictus Franco Gallus Lucas²⁾,

1) Bentham, de l'organisation judiciaire. tom V, ch. 26.
§ 3. «Dans quelles causes doit on admettre l'appel? Ma réponse est simple dans toutes; oui dans toutes, jusqu'à ce qu'on m'en indique une, qui ne puisse pas donner naissance à l'erreur, ou fournir des motifs de prévarication. Dès qu'il y a possibilité de méprise ou d'injustice dans chaque cause, il faut laisser à chaque cause un moyen de redressement.» Eadem Benthami auctoritate utitur cons. Hulshoff, I. I. p. 290.

²⁾ Du Système Pénal, p. 283.

bene multas memorat causas criminales, quae postquam a Curia cassationis ad aliam fucrant delatae, plane contrarium effectum sortitae sunt. Fortuito casu in harum causarum vel inquisitione vel decisione aderat vitium, quod cassationi locum dedit, quae menda si defuisseint, reus poenam capitalem passus fuisset. Hactenus in regno nostro neque tam graves, neque ita supinos judicum errores lugemus. Constat tamen uno anno 1842, 126 causas fuisse delatas ad Curiam provincialem Hollandiae Septentrionalis, in quibus a sententia tribunalis correctorii quod dicitur, fuerat provocatum; memoratu dignum, judicis inferioris sententias 37 penitus, 12 ex parte fuisse rescissas. *Regtsg. Bijbl.* 1843, p. 497; V. etiam Mittermaier, qui in opere *die Mündlichkeit, das Anklageprinzip.* u.s.w. p. 70, de judiciorum Criminalium, qualis apud nos viget, ordine loquitur. Sed et nuperrime a curia provinciali Hollandiae Meridionalis, quidam J. Wolff, qui sententia curiae Hollandiae Septentrionalis ad carcerem fuerat damnatus per 5 annos, omni poena exemptus est (20 Junii 1846)¹⁾.

Ita certe statistica causarum criminalium

¹⁾ Ipsa, quam citavimus, curia Hollandiae, d. 8, Nov. 1842, ad poenam infamantem condemnavit reum, qui, admissa cassatione, d. 22 Junii 1843, a curia Trajectina fuit absolutus (Davidis).

enumeratione deprehenditur infirma judicantium intelligentia. At Codex ipse noster de Ord. Jud. Crim. materiem et occasionem huic fragilitati satis amplam praebere videtur. Probandi, ut dicunt, theoria legali utimur, quae detegendae veritatis adhibet quatuor modos: 1^o probationem per testes, 2^o scripturam, 3^o confessionem, 4^o indicia. Quid autem nos docet lex? Summa rerum sagacitati, perspicientia, conscientiae, integritati judicum relinquitur (Art. 433, al. 3, 438, 444, 445, Cod. Ord. Jud. Crim.) In tali autem rerum statu non aliter fieri potest, quin magna detur opportunitas errori; alias judex enim majorem vim huic illive indicio vel testi tribuit, alias minorem; et ab unius judicio saepe pendebit num damnetur vel absolvatur criminis accusatus. In disputatione quadam Cl. Mittermaier, *Archiv des Criminalrechts*, 1843, p. 85, haec occurunt verba: »Jeder Gerichtsvorstand wird bezeugen können, dass oft ein Mitglied sein «schuldig» ausspricht, und dann, wenn es genöthigt ist, die Gründe anzugeben, und wenn die Uebrigen von der Schwäche der Gründen es überzeugen, seine Stimme zurück zu nehmen veranlasst wird.“ — Quid autem eveniet, si talis judex in errore perseveret, et ab ejus suffragio pendeat damnatio rei? Nonne in tali vel simili casu patere deberet aliud remedium quam cassatio, quae est, ut auctoris laudati verbis utar

(pag. 94) : « wie wir glauben ein sehr ungenügendes Rechtsmittel, daher auch das Schicksal der wegen solcher Fragen ergriffenen Cassationsgesuche die Verwerfung der Cassation ist, weil dem Cassationshöfe nicht zusteht, das Gewicht der Beweismittel und inwiefern sie Ueberzeugung zu begründen geeignet waren, zu prüfen, und weil selbst in Fällen, in welchen Z. B. nur die Aussage eines Zeugen vorlag, die Cassation des Urtheils leicht zu vermeiden ist, denn das Gericht erklärt dass es seine Ueberzeugung ausser dem Zeugnisse noch auf mehrere Anzeigungen gebaut habe." — Quae Mittermaieri verba omnino accipienda sunt cum de ordine judiciorum nostrorum universe, tum de singulari legis nostrae constitutione, quae judicum prudentiae permittit plenam fidem, nec ne unius testimonio tribuere. Quam facultatem plenam periculi ac fallaciae si Legislator concedere volebat, ex opinione nostra sine provocatione tribuere non debebat¹⁾.

In correctoriis, ut diximus, causis, conce-

¹⁾ Art. 433. Cod. de Ordin. Jud. Crim., « De afzonderlijke getuigenis van eenen enkele getuige kan niet als wettig bewijs gelden. Echter kunnen afzonderlijke op zich zelf staande getuigenissen, omtrent de onderscheidene feiten als wettelijk bewijs gelden, wanneer zij door hunnen zamenloop en verband strekken tot staving eener bepaalde daadzaak. De beoordeeling hiervan wordt aan de voorzichtigheid van den regter overgelaten. »

ditur appellatio a sententiis, quae numquam famam vitamve tangunt; at in re criminali a judicio, poenam afflictivam et infamantem irrogante, nulla foret provocatio; nemo contendere velit, hanc anomaliam in bene ordinata jurisdictione obtinere. — Nullum datur remedium ad sententiam judicis criminalis infirmandam, nisi cassatio, quae in tribus casibus admittitur (Art. 99 W. R. O. art. 380 sqq. Strafv.) Si igitur nullum vitium in inquisitione, in judicii formis, vel in ferenda sententia fuerit deprehensum, nulla delinquenti, quamvis insolvi forsitan, patebit via ad existimationem, libertatemque recuperandas; dum in correctoria lite praeter cassationem adhuc conceditur appellatio. Jam vero, si ad emendandum judicis in minoribus causis errorem, duplex datur remedium, argumento a fortiori contra errorem in re criminali hoc obtinere debet¹⁾.

¹⁾ In eandem sententiam abire videtur van de Spiegel, Hist. van de Satisf. van Goes, p. 335; «Bijzonder regt voorwaar! ait,” de Regtbank wordt wijs genoeg geoordend, om over leven en dood volstrekt te bevelen, daar zij echter geene geringe penningschuld mag beoordeelen, of de verliezer van 't pleit, kan zich tot in het uiterste ressort beklagen. Het is een privilegie, zegt men; maar de natuur van Privilegien is, dat ze tot voordeel van de Ingezetenen moeten strekken; en hier ontbreken geene gelegenheden, waarin zulk een Privilegie tot onherstelbaar nadeel zoude kunnen gebruikt worden.”

Quamdiu judicium Juratorum apud nos viguit, nulla in rebus Criminalibus fuit, nec esse potuit provocatio, uti nec in Francia ad hunc diem indulgetur, quia Juratorum de facti i. e. de criminis indole et accusati noxia vel innocentia judicium, pro civium, popularium, parium, non magistratum *vere dicto* habetur. Quum vero, excussa Franco-
rum dominatione, Edicto 11 Dec. 1813 judi-
cium illud in patria nostra sublatum sit, et
judices nostri facti sint, jurati, i. e. judices
facti, iidemque de quaestione *juris*, sive de
applicatione legis poenalis cognoscentes, ap-
pellatio, quae et Majoribus nostris haud de-
negabatur, restituenda fuisset. Qua in re
omnino facimus cum Cons. Lipman, ubi ait:
»Het is reeds meermalen elders opgemerkt,
en de ondervinding heeft daarvan de juist-
heid gestaafd, dat het hooger beroep in Cri-
meele zaken — onbestaanbaar na een oor-
deel van gezworenen, omdat er geene hogere
Vierschaar bestaat, dan die van iemands gelijken,
van het volk, van de natie — nood-
wendig met de afschaffing der Jurij moet
hersteld zijn geworden, en het schijnt even
weinig met menschelijkheid, als met rede en
regt overeen te brengen, dat een beschuldigde
van eer, goeden naam, en leven beroofd
kan worden, door *ad vitam* aangestelde reg-
terlijke ambtenaren, bij eene uitspraak, waar-
van de feitelijke waarde nimmer kan worden

beoordeeld, terwijl daarentegen van de meest nietige Correctionele veroordeeling appel vrijstaat¹⁾."

Quam acriter in Judiciorum nostrorum Criminalium constitutionem invectus fuerit, vinti abhinc annis, magnus *Feuerbachius*, non est quod moneamus. Judicium Juratorum, quale Lex Napoleontica instituerat, minime Viro illustri placebat; at non magis laudabat, quod in Regno nostro, illi judicio fuerat substitutum. Ita existimabat, theoriam probandorum delictorum legalem, admodum esse commendandam²⁾, quae judicum arbitrio nil relinqueret, et omni ope rejiciendam judicum, etiam integrorum, in ferenda sententia nulli provocationi obnoxiam potestatem. Fateor quidem, theoriam probationis, quae inde ab a° 1838 apud nos obtinet, licet non ab omni parte absoluta dici possit, quamque, quoad ejus fieri potest viâ Cassationis, strenue tuetur Senatus supremus, mala, quae Feuerbachio metuenda videbantur³⁾, hucusque temperasse et minuisse. Dicendum tamen, quod rei et veritas et gravitas postu-

¹⁾ Comment. ad Cod. Ord. Jud. Crim. p. 94.

²⁾ De quo argumento quoque conf. Bijdragen tot de Wetenschap der Rechtspleging, door Mr. J. A. Weiland, Delft, 1826.

³⁾ Laudanda sane, legis nostrae praecepta, quae leguntur in Art. 430, 431 Cod. de Ord. Jud. Crim.

Iant, nempe, ubi deficiat via appellationis, recte vituperasse Feuerbachium talem rerum statum ¹⁾, qui ab hodierno judiciorum nostrorum ordine non admodum differebat.

THESE

¹⁾ Feuerbach, *Betracht. über die Oeffentlichkeit, und Mündlichkeit der Gerechtigkeitspflege*, Zweiter Band. p. 418: «Wo der Beweis der Schuld blos in das gute oder schlechte Gewissen der Strafenden Richter gelegt ist, da können Strafurtheile, mögen sie gleich aus dem üngstlichsten, *Gewissenhaftesten* Gewissen hervorgehen, durchaus nichts anders erscheinen, denn als Urtheile der Willkühr.»

THESES.

Fructuum perceptione Jur. Class. Rom. dominium acquiritur.

II.

Qui sciens rem alienam emit, pretium repertere nequit, re evicta.

III.

Mandatum, post mortem mandantis exsequendum, Jure Civ. Belg. valet.

IV.

Colonus actionem non habet ex art. 619, Cod. Civ. Neerl.

V.

In solutum datio, novatio esse videtur.

VI.

Acceptans solvere non tenetur, licet pateat, nominis trassantis subscriptionem falsam esse.

VII.

Commissionarius nominum publicorum, (in effecten) non est mercator.

VIII.

Art. 540 al. 2. Cod. Merc. Neerl. juris rationi obstare videtur.

IX.

Laudandum est exemplum Legislatores *Badensis*, qui in Cod. Crim. novissimo poenas constituit in delicta cum dolosa tum culposa, quae ratione viarum ferreis orbitis stratarum (Spoorwegen) admitti possunt, (§ 566-569 Cod. Crim. Bad.), qua de re apud nos certa lex deficit, neque, casu interveniente, medelam afferre posse videtur Codex, quo utimur, Poenalis.

X.

Furtum, a tabellariis, sive postarum publicarum officialibus admissum, lege accuratius definiendum, et singulari poena vindicandum est.

XI.

Conatus falsi testimonii fieri nequit.